

III. REGNUM MORTUORUM.

Nro. 18.

Politica Mortuorum Colloquia.

Elysium-Meum, Die Venetis, 23. Mar. 1810. (Neov. 6. Mart. 1810.)

Vaticinor, monæque locum date — Ovid. Trist.
Nemo Ptopheta in patria
Excipe: Dr. G. W. Becker.

Propheta Germanicus.

Asinorum pastor Mahomedes olim in Arabia magni nominis Propheta erat (ajebat Mercurius diaria ex superiore mundo Elysio inferens). — Convertit suis vaticiniis sextam totius orbis impopulationis partem, si ea in trigesimis assumatur. Verum hodie in Germania Propheta surrexit, qui non uni urbi, provinciæ aut regno, sed toti Europæ futuram sortem prædicat — hic jam vere Propheta est! — Manes stupentes & attoniti seiscitabantur: quis is esset? quod ei nomen? quid loquatur? — Audite & stupete! Est is Clarissimus Doctor *G. W. Becker*, vivit Lipsiæ, quæ ejus vocis oracula, tolle — & lege:

Profecto persona, quam Europa ex dimidio propemodum Sæculo egit, singulariter interest indagans in humanitatem, ejus Culturam, corruptionem, vires, & debilitatem. — Minima globi nostri terræque pars culta atque impopulata per Africae, Asiæque minoris populos, se pertigit, ut omnes cæte-

re orbis partes de ejus despotismo conqueri
 deberent. Regna Asiae, Africae, Americae &
 Australiæ, quæ aut immani gelu, summa na-
 turae artibus productorum inopia, perpen-
 diculari solis torrentis radiorum incidentia,
 aut alio ullo incommodo ad præsens rapinæ
 avido Europæo adversantur, bestia se præ-
 dicare possent. Omnes ferme reliquæ ei plus
 minus succumbere debuerent, & si quædam
 integræ & inturbatæ existunt, quin id genus
 impedimentum eas tutum fuisset, tum Casus
 solum fortuitas est, quod Europa in se ipsam
 divisa Status sinu suo complectatur, qui suo
 emolumento intenti existentiam talium popu-
 lorum custodiant, a quibus ipsi hi potentes
 defensores vituperium potius, quam laudem
 consequuntur. Quid essent Africae pyratice
 Status, si Anglia eos adversus Gallie ere-
 ctam potentiam non protegeret? quid factum
 putas fuisset Ceylone &c. si Portugalli,
 Batavi & Angli unitis potius, quam contra-
 riis invicem egissent viribus? Semper vere
 olim vix fidem dabit posteritas: ut fieri qui-
 verit: ut minima orbis pars reliquis 4 Co-
 lossis prædominari potuerit; quorum unicus
 Status omnino ei resistendo par est; ut fa-
 ctum: quod ejus Classes eorum omnium pro-
 ducta ab eis convehat, eisque sua advehat;
 ut factum: quod distitas Insulas & oras co-
 loniis impopulare, quæ sæpe majores ambu-
 tu, quam metropolitæum territorium; ut
 effectum: quod Incolas unius orbis partis
 trans mare in aliam ducere, ad eam excolen-

dem, Incolasque unius Status ad subjugandam aliam erinis instruere potuerint? —

Talis erat violentia, quam pars orbis in alias exeruit, & diu adhuc exercituram facile demonstrari potest, — si quaeratur: quibus mediis? responsum innumerato est: Præcellentia, quam Europa præ cunctis aliis orbis partibus Culturæ & populationis ratione habet, prætoriam ei quoque procreavit. Homo bestialitatem suam deicere nequit dominatur in animalibus creatis, quod defectum, quibus ea gaudeat, virium, mentis excellentia prædominante compenset, neque ipsam superet; gens dominatur genti, orbis pars alii iterum, postquam cultura, de tribu brutalitatis in humano genere, evolutio superiorum facultatum, progressus fecit. — Mens est, quæ corpus, Intellectus est, quæ multitudinem (Masse) vincit; atque hæc thesis, — quam Europa in sua superficie infulgentem reddidit, confirmata est ex perpetuo in vastis terrarum spatiis, quæ celebres ejus naves heroes, audacesque detectores terrarum, auctores Coloniarum percurrerunt. Ut alias Ferd. Cortesius mille Europæis solum Montezumæ & Guatimozin subire, strenuisque omnibus bellicosisque Novæ Hispaniæ populis libertatem adimere potuisset? Ut Pizarrus, Inca Peruanæ Regni regem deleverit, & Cabral amplam Brasiliam subjugare potuisset? Ut valeret alias Angli immensam Indiam, ipsi parum adhuc culti Nulli ingentem Asiam borealem cum omni-

bus feris, libertatem sitientibus, atque in bellis suis innatam sibi strenuitatem perhibentibus Nomadibus dominari? — Ubivis hio, & sexcentis aliis locis in hoc orbe terraqueo violentia adparet, quam mens acris in debilem, mens fortis in imbecillum corpus, in infirmum erga robustum exerit.

Non absque ratione porro quæri potest: an relatio dependentiæ, in qua reliquæ 4 orbis partes ad Europam consistunt, continuo eadem perseveratura; an contra mutanda sit? Et, quin Oedipo opus sit, sane postremum licet adfirmare.

Quis, quæro, negabit: quasvis has ditiones numerosissimas jugum ab Europa impositum, nonnisi summe invite perferre? eas excutiendo pares esse, & theoria & experientia demonstratum est. Amplius borealem inter orientem situs oræ tractus Americæ ante 25 annos cum exercitibus M. Britannicæ in arenam prodire, & se independentem reddere novit.

Dominicus Gallicam servitutem ratione excussit, duplici vice memorabili: docuit nempe: exteros Afros nationem constituentis in peregrino solo, Europæo vires opponendo esse, si crudum robur, naturæ horum filiorum, ingenio Christ. Touffant, Pethionis quantumvis opinione Petri M. Czari barbari censeantur — ad motum ponantur.

At omnia hæc minutia intuitu eventuum, politicarum conversionum, quas velum futuri adhuc obtegit. Status borealis Americæ, quam

colossale olim Imperium constituent! cum septem hodie regionem incolentes milliones ad bis centum eorum excreverint? Ubi eorum in universa Europa, qui cum eo contendere audebit? Protensa Gallia, cum omnibus foederativis Statibus: Germania, Italia, Hispania &c. Centum necdum numerat milliones, incassumque umbram sublimioris Culturæ vindicare conabitur, cum America tantam Incolarum multitudinem numeraverit. Aemulabuntur borealem Americam antequam eo adhuc res pertigerit, nova Hispania, Peru, Guaitto, Chili, Brasilia, regionum congeries, in quas natura cornucopiæ duplici largitate effudit, ubertateque donavit, vix uspiam locorum & regionum reperibili. Ibi quoque spiritus *Independentiæ* pululat. Adjuncta politica casu Europæ necessitatem imponunt, iis ditionibus prius independentiam ad vitendi, quam ex decreverunt, & interea, quo oculus observatoris progressioni humani generis ibidem immoratur, nihilo minus fertur in orientem, ubi in ladiis Anglorum despotismus cum Indigenarum copiis acrem luctam sustinendam habet. Sit hæc vice, sit iterum ac decies victo iocus exitus, tandem fiet: ut spiritus qui hodie dominium eiæ procerat, non amplius Indigenarum mentibus prædominetur, atque multitudo eorum eos prædominantes efficiet, qui jam de præsenti essent, si in ea solum prædominium constiteret. — Si olim propinqua ora Africæ Colonias obtineret, tam adhuc celerius, quam memoratæ ditiones independentiam in effectum deducerat, cum Cultura Europ.

isthio apud Indigenas tot vestigia deprehenderet, quorum *Amalgamatio* non possit non felicitia & grandia *Consectaria* progiguere.

Verum est : Europam parum agere, ad id genus articulum accersendum. Cultura ditiorum quæ dominatur, ei in postremis est — imo nulla cura ; verum humanæ mentis culturæ progressio, quamvis lente ac in advertentet procedat, celari nequit ; ipse Sineasis, atque tumidus Asiaticus furor, non nihil progreditur in Cultura, externa æstimate passim discunt, domestica emendare, succullas ab extrinseco patiuntur, per quos ex sopore suo excitantur. Tardius autem ut intellectum affecuturi : quid aliis præpondium attulerit, & tum actum est de Europæ in eos prædominio.

Nec his solum res consistet, Nemesi cura erit Europæ Imperium, quod in omnes oras exercuit, tam propinquas, quam remotas, retorquendi, & fieri potest, ut aliquando ille articulus temporis illuceat, quo borealis Americæ vela æque cunctos, ut hodie Anglia portus obsidione premat, omnis vis, ad quam Europa se evexit, exiguitas erga eam esse potest, quam olim borealis America aut Nova Hisp. educere poterit Cultura & populatione in ea ratione, quam hodie advertimus proficente, — in regionibus, quorum opes exceduat computandi modum. — Nemo dicat, hæc esse somnia. *Dist.* pro nostra generatione *Concedo*, pro tertia quarta *Nego* — quævis hæc vaticinia naturæ humanæ incitantur. Jam hodie Americani se ipsos interrogant : an Anglos Indiis occident. exigamus ? Ergo in ditioribus, quibus

quavis 25 an. populatio duplicatur, in tam fertilibus regionibus, elapso sæculo quæri non posset: lubetne nobis in quibusvis borealis (Germanici) & orientalis (Balthici) Maris portibus anchoras figere? placetne eas oras in otioas provincias convertere? an libet Anglicarum munificentiae, taxæ chartæ signatæ, & herbæ Theæ imposito tributo vicem reddere?

Si superbæ Europæ id genus ærumna ex occidente imminet; qualem in Oriente ei non parari audiemus?

Tartarorum & Mongelorum e Centro Asiæ migrationes adeo tenebris coopertæ sunt, ut vix meminisse liceat, ut factum sit, quod Russia, Polonia, usque Silesiam sub eruento flagello horum Barbarorum gemuerint; tempora hæc præterfere, an vero non redire possunt? an tum Europæ aliam, & duratiorem formam inditura non sunt? quæstionem hæc migrationes e gelido Septentrione in austrum auceptæ gentium, quæ Seculo 5. p. C. hodiernam Europæ formam dederunt, resolvere possunt.

Si superbo Europæo hæc futurorum auguria graviter accidunt, sinat se convinci quoque: partem orbis, quam incolit, minimam esse solum populationem, & Culturam ei super reliquis orbis partibus prædominium conciliare, futuram sortem quæ ei impendet, compensationem solum esse, quod ante 2 aut 3000 annos ipse patraverat.

Europa minima orbis pars est, illa tandem majori non succumbere deberet? tunc natura amplius natura non esset! ad præsens cultura & Incolarum numerus defectum magnitudinis supplevit. At in dies in Oriente & Occidente una, ut altera & quidem in occidente America gyganteis gressibus augetur — Europæ

in statione sua consistit. Per Postarum violentiam, incessantia bella, turbatum commercium in utraque regione regreditur; ejus bilanx attollitur, illius usque nascitur, quo ejates intensivae vires extrorsum se convertere potuerint, scenaque ingruerit, per quam Europa Culturam, populationemque adeptam est. Phoenices Carthaginenses, Asiae minoris Status, Aegyptii in australibus Europae oris Colonias condiderunt. Coloniae haec absorbere postremum imbecilles & impotes factas matres Civitates, & eadem ratione demum eveniet, ut borealis America fastu tumentem Angliam, Novam Hispaniam, & Europaeum Hispanicum pigmaeum, absorbeat, interea quo Russia Casani Univ. ope, Tartarorum suorum mentes excolere nititur, gratiarum actionem pro hoc beneficio in rediviva veteris hujus gentium tribu perceptura dicitur.

Res adversione digna est, hodierna adhuc luce a viris doctrinae claris quod fabulam, de *realisatione pacis perpetuae* recoqui audiat. — Si etiam gentium foedus, dominans Amphictionum Judicium in Europa citra voluntatem locum haberet, quod si *Egoismi* atque affectus ratio habeatur plus minus stolidum est cogitare; sed sit ita, quis aggressiones ab extrinseco quas tempus & mutatae relationes orbis partium ad se invicem pariunt, avertendo par est? dum hodie nonnunquam aequilibrii Europae mentionem fieri audimus, tempus aliquando illucebit, quo de aequilibrio partium orbis formo erit, esseque debet; inter quas omnium junior America olim & primum omnium scenam ingruerit, dum ingens Congeries omnium subsidiorum, amplam geographicam superficiem, & in ea se dilatantem hominum turbam, Culturaeque excellentiam reputas, quae jam hodie Europae aemulatur, atque memoria expenditur, ut juvenis hic leo ipse irritat, ad vires extrinsecus suas probandas, & proferendas. Asiam decursu aliquot saeculorum eam fecuturam probabile est, huic Africam finem posituram & denique primum post Saeculis fortassis ignota ferme adhuc *Polynesia* inter omnes negotium dirimet, atque aequilibrium inter eas restituet — Lipsiae. Dr. G. W. Becker.